exilij crinibus derelictos! video omnes conticere, ora obsesta
vos ambigenti succurrite: Facit hoc silentium verum et læti-
tia quam in singulorum frontibus serenè blandientem conspicio
ut persuasum mihi omnino habeam, ingratas fore querelas inter
ridentis ~~naturæ~~ naturæ gaudia, inter Cælestium Spirituum
plausus inter Cælorum Reginæ gloriam, trophæa, et singulares
triumphos. Quo circa gaudeat lachrimæ facessant dolores
nil potest hodie Amor nisi lætari. evocata à nobis
hodie ô virgo gloriosissima ut advocatæ munere
fungatur abijt semel quotidie ad filios reditura sic
vapores à solis radijs attractos in pluvias liquescere conspi-
cimus, ad quarum reditus tellurem arentem remitescere incipit
~~sic~~ sic diei fulgores occidunt sero ut maturè oriantur
sic autumni delicias hyemis squalore obsequantur, ut sua-
viori affectu mortalium obtutus denuo recreent, itaque per-
orent nova silentij eloquentia animi sui doloribus
qui amoris leges nondum didicerant cum ô potius rei amatæ
felicitatibus lætari quam proprijs damnis collachrimari, nos
Imperatricis Sanctissimæ ~~trium~~ Triumphos, quos si non
contemplari, certe admirari licet contestabimur.